

LEVINVS LEMINVS ZIRICAEVS MEDICVS.



Leuinus apud Belgas natus est Anno circiter millesimo quingentesimo quinto. Is post prima literarum fundamenta in patria fœliciter percepera sese hinc inde ad Academias contulit, & magna diligentia Philosophiæ & Medicinæ incumbe-re cœpit. In eo quoque studiorum genere tan-ta dexteritate uersatus, ut eius facultatis Doctor crearetur. Inde in patriam redijt, atque apud See-landos Medicinam factitauit, idquæ tanto succe-su, ut ab omnibus suspiceretur. Quin etiam ani-mum ad scribendum appulit, & occulta naturæ miracula sua eruditione proposuit, & declarauit. In eo loco Leuinus etiamnum uiuit, atq; ingenij sui monumenta ad posteros transmittit, ubi etiam senex à pījs & doctis uiris agnoscitur. Anon.